



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Theoderici Regis Qvondam Ostrogothorum & Italiae**

**Cochlaeus, Johannes**

**Ingolstadii, 1544**

**VD16 C 4410**

De Nobilitate Generis Theoderici. Caput II.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb00004354-8**

missit cum exercitu in Sarmatas, Iuuenis itaq; impiger, tra  
sio Danubio seu Istro (quod idē est) irruit improvulus in  
hostem. Est enim Ister maximus Europæ (ut in Meteoris  
asserit Aristoteles & post eū Mela, Strabo & Plinius) flu  
uius, qui utique cum exercitu facile transiri non potuit, præ  
sertim in Moesia. Et rege Sarmatarū Babach interempto,  
uictor ad genitorem in Moesiam est reuersus. Hæc ea ra  
tione prolixius cōmemorata sint, ut ex ijs lector intelligat,  
quā nobilis ac generosus fuerit mox à cunabilis Rex iste  
Thodericus, cuius uitam ac regnū describere est animus.

Prima Res  
gia Theode  
rici expeditio  
& uictoria.

Gentes Bar  
baræ.

Gens em̄ Gothorū, etsi lingua semper habita fuerit à Græ  
cis & Latinis barbara, sicut & aliarū nationū linguas rece  
pta iam olim opinione barbaras uocant, In plerisq; tamen  
nationib⁹, ut in Persis, Indis, Phœnicis, Aegyptijs & Aes  
thiopib⁹, optima olim Reip. dispositio fuisse cōmemoratur.  
Et inter linguas nōnullę sunt, quę latina Gręcaq; in multis  
rerū significatioib⁹ sunt magis copiosę, proprięq; et argute,  
maxie si gloriātib⁹, de lāgua sua hebreis et caldeis credat, quę  
admodū ego neq; temere neq; libenter credo atq; existimo.

## DE NOBILITATE GE neris Theoderici. Caput II.

Qvod autē rex iste Theodericus Generis nobilitate & Nobilitate  
antiquitate p̄ multos tā Occidētalīs q̄ Oriētalīs Impe Generis  
rii Ro. Principes, q̄ uenerabilē Diui atq; Augusti, dicti sūt Theoderici  
recesserit (ut de pprijs animi uirtutib⁹, interim nihil dicā)  
facile existimabit equ⁹ lector, si collationē per aliq̄t exēpla  
fecerit. Certe ea, quę in ipsū Augustū Cesarē Cicero grauif  
sime in ultia, ni fallor, epistola sua scripsit, in hūc Theoderi  
cum à nullo uere scribi possent. Inter multa enim alia quę  
ei ex probat acerbissime sic ait.

Bb ij Quem

Cicero in  
Epistola ad  
Octauium.

Quem accipient de posteris suis nūcium illi ueteres A  
phricani, Maximi, Pauli, Scipiones? Quid de sua patria  
audient, quam spolijs Triūphisq; decorarunt? An esse quē  
dam, annos XIII, natum, cuius auus fuerit argentarius,  
ad stipulator pater, uterq; uero fecerit precarium questum,  
sed alter usq; ad senectutem ut non negaret, alter à pueris  
tia ut non posset non confiteri. Eū agere, rapere Rempub.  
cui nulla uirtus, nullæ bello subactæ & ad Imperium ad  
iunctæ prouinciæ, nulla dignitas maiorum cōciliaffet opē  
potentium, sed forma per dedecus pecuniam, et nomē no  
bile consceleratum impudiciæ dedisset, ueteres uulneris  
bus & ætate confectos Iulianos gladiatores, egētes reliqui  
as Cæsaris ludi, ad rudem compulisset. Quibus ille septus  
omnia misceret, nulli parceret, sibi uiueret, Qui tanquam  
in Dotali matrimonio Remp. testamento legatam sibi ob  
tineret. Audiet C. Marius impudico Domino parere nos,  
qui ne militem quidē habere uoluit nisi pudicum. Audiet  
Brutus, eum populum, quem ipse primo, post progenies  
eius à Regibus liberauit, pro turpi stupro datum in seruī  
tutem. Hæc in ipsum Augustum (In cuius imitationē et  
gloriā omnes postea Imperatores Romani Augusti dicti  
sunt) Cicero Oratorum summus & uir Consularis.

Laus Ama  
lasuntæ fi  
liæ Theode  
rici.  
Cassiodor  
epistolarū  
libro XI.  
epist. 2.

Quam nobilis uero & longa Regum Serie generosus,  
atq; Natalibus illustris fuerit Theodericus iste noster, con  
iungere licet ex his Cassiodori, nobilis item Senatoris Consu  
larisque uiri & Præfecti Prætorio uerbis, quæ de filia hu  
ius Theoderici Amalasintha ad Senatū urbis Romæ,  
ante annos Mille scripsit. Hanc, inquit, si parētum cohors  
illa Regalis aspiceret, tanquam in speculum purissimum  
sua præconiā mox uideret. Enituit enim Amalus scelicitate,  
Ostrogotha patiētia, Athala mansuetudine, Munitaur  
rius equitate, Vuimūdus forma, Thorismut castitate, Vua  
lamer

lamer fide, Thendamer pietate, sapientia (ut iam uidiſtis) inclutus pater. Cognoscerent hic profecto uniuersū sigillatim propria, & foeliciter fateretur esse superata, quādo unius præconium cum turba se iure non potest æquare uirtutum. Aestimare, quale eis esset de tali herede gaudium, que merita potuit transire cunctorum. Hæc sanctus ille Senator, quem de adulatione grauitas & integritas uitæ suspectum esse non sinit.

Quid ergo dicemus de multis post Augustum Imperatoribus, siue Romæ, siue Constantinopoli Imperio potitis, qui ignotis, barbaris aut obscuris parentibus orti, ad dignitatis & Imperij culmen aut ui militari, aut fraude, aut errore fuerūt euecti. Etenim Augustale fastigium assecuti sunt Romæ, post Augusti, Vespasiani, Antoninique posteros, pleriq; quorum maiores neq; Regali neq; Consulari profapia illustres fuere. Septimius Seuerus Apher, patria Lepti tanus, magnus quidem & in multis Reipub. utilis fuit Imperator, sicut attestatur Aelius Spartianus, Cædibus tamē illustrium uirorū adeo infamis fuit (ut ait Baptista Egnatius) ut Punicas clades in toga cæsorū cingium Romanorum sanguinerepēderit. Opilius Macrinus, obscurissimis parentibus ortus, malis artibus ac pudendis ad Præfecturam euectus, Imperium post interfectum Antoninum Seueri filium inuasit, ac paulo plus uno anno tenuit. Cui longe peior Ignobiliorq; successit Varius Heliogabalus, siue Syrus siue Assyrius genere, ex incestu procreatus, quo nullus Principum maiore libidinis flagrauit infamia. Sed & Alexander Seuerus, optimus alioqui Princeps, natalium fulgorē Theoderico nostro æquari minime potest. Nā Syrus fuit & Heliogabalo cōsobrinus, cuius maiores neq; Reges neq; Cōsules fuere. Successit ei Iulius Maximinus, de uico Thraciæ, uicino (ut ait Iulius Capitolinus) barbaris, barbaro

Imperatorū quorundam ignobilitas.

Seuerus.

Macrinus.

Heliogabalus.

Alexander

Maximinus

Bb iij baro

baro etiam patre & matre genitus, Quod ipse ubi ad Imperium uenit, oculi precepit. Longum foret reliquos comemorare, quos obscuris natos parentibus, fortuna, uirtusue aut fraus Romanum ad Imperium extulit.

Paucos referre libet obiter ex ijs, qui post Constantini Magni & Theodosij posteros imperauerunt. Omnes fere ex humili genere nati dicuntur, etiam qui ad alios collati, optimi fuisse uidentur. Sic enim admirabundus de Iustino seniore ait Egnatius.

Iustinus Sc  
ator.

Quis credat Thracem hominem, armentarium & sues agerem, sine tribu, ignotis obscurisq; parentibus ortum, & rebus prefulsisse, & re tam feliciter, tam optime administrasse? Rex tamen ille summa cum laude. Item de Michaele Balbo sic habet. Amorem Phrygiae superioris oppidulum dedit hunc Principem, non humilissimum, sed sordido etiam loco natum &c. Ite de Basilio Macedone. Quis (inquit) crederet & hunc captum inter uenales Constantinopolim adductum, Romanae rei praefuisse, qui nec patriam, nec parentes saltem ciere possent? praefuit tamen, & eorum successu, ut ad eius nepotes Imperij maiestastransierit.

Michael  
Balbus.

Basilus Ma  
cedo.

Octo Impe  
ratores Ro  
mae intra 15  
annos.

Sed ne prolixius per longam seculorum serie uagemur, conferamus eos saltem Imperatores Romanos, huic Gothorum Regi Theoderico, qui ipsius temporibus Reip. praefuerunt. Romae quidem post Valentiniani Tertij necesse Auitus, Senatorij uir ordinis, Auitum Maiorianus, Hunc Seuerianus, Seuerianum Anthemius, Anthemium Liberius subsequutus est, Cui Glycerius, et Glycerio Nepos statim successit. Quo per uim pulso, Augustulus Horestis patricij filius rerum potitus breui tempore, per Odoacrem Herulum & Imperio & Augusti nomine spoliatus est. Et hi omnes in unum coniuncti uix bene XV. annos Imperij numerare possunt, neq;

neque præclari quicquam gessisse memorantur. Certe una  
Theoderici nostri expeditio, qua in Sarmatas transito  
Danubio patris iussu & auspicio duxit, anno ætatis suæ  
XVIII. (ut supra dictum est) omnium istorum Impera-  
torculorum gestis ab æquo seruo iudice haud dubie præ-  
feretur.

Constantinopoli autem eius temporibus Imperarunt  
Leo, Zeno, Anastasius & Iustinus, Non pessimi quidem  
Imperatores, sed natalibus atque uirtute & rebus gestis  
hoc rege nostro longe inferiores, Neque ita legitime ad Im-  
perium, sicut iste, ad regnum peruenierunt. Quemadmodum  
grauiter & eleganter narrat paucis Pomponius Lætus. Fa-  
ctio, inquit, & suffragans Asparis Leon dicitur Impera-  
tor & Augustus, ut Ardaburium Asparis filium Cæsarem Leon-  
diceret. Populus autem patrem interfecit cum filio. Leon-  
itaque post cædem Ardaburij nepotem ex filia, Zenonis fili Zenon-  
um Leontem Cæsarem fecit. Zenonem Leon secundus  
sua manu coronauit. Fuit Zenon ex Isauris Cilicie, humi-  
libus parentibus natus, humili & incognita uilla, non mi-  
nus uultu quam moribus deformis. Imperauit non ut Augus-  
tus, sed ut Tyrannus. Anastasius magno consensu Prin- Anastasius  
ceps electus, statim donatum militibus dedit. Hic malo  
genio actus, in Diuinis præcepit non Trinitatem, sed Qua-  
ternitatem adorandam esse. Cui ciuiles motus adeo creues-  
cere, ut nisi simulasset se mutasse mentem, Imperio priuatus de-  
disset poenas. Sed cœlestem iram quis uitat? iclus fulmis  
ne occidit. Iustinus autem Thrax, sine imaginibus, sine Iustinus  
tribu, utroque parente ignobilis, à teneris annis suum Thrax  
custos, deinde boum, post Lignarij cuiusdam minister,  
natus annos XVI. militare cœpit, promptusque manu, et  
doctus ferire hostem, sortem mutauit.

As.

At Rex iste Theodericus, nequaquam talis in profapia  
sua fuit, qui tot Reges atq; fortissimos bellorum duces, pa-  
rentes atque maiores habuit, bellator & ipse peritissimus,  
Quem Otto Episcopus Frisingensis Duodecimū ab Her-  
manarico Ostrogothorum rege commemorat. Cæterum  
de generis nobilitate ipse met suum ex sorore nepotem ad-  
monet Theodohadum, qui ad rem audiorerat, & auaricie  
maculam stirpi tam nobili uidebatur inferre. Quid faciūt  
(inquit) sordes animorum in splendore natalium? Illud te  
potius decet eligere, quod nos possit ornare. Amali san-  
guinis uirum non decet uulgare desyderium, quia genus  
suum conspicit esse purpuratum.

Cassiodorus  
in epist. li. 4.  
epist. Incer.

Hæc ideo prolixius commemorata sunt, propter fasti-  
diosos & superbos quosdam, qui putant, magnam à fortu-  
na iniuriam Romæ et Italiæ illatam esse, per regem istum,  
quem & barbarum & Tyrannum uocare non uerentur, cū  
reuera clarior nobiliorque fuerit uniuersis Imperatoribus,  
qui ipsius temporibus Augusti nomen siue Romæ siue Cō-  
stantinopoli habuerunt, si unam exceperis fidei causam,  
quod non Catholicus, sed Arrianus fuit.

Gothi per  
Valentem  
Imp. facti  
sunt Arria-  
ni.

Sed eam maculam contraxit gens Catholica ab impio  
Principe Valente, qui gentem, ad Christum conuersam,  
per Arrianos Episcopos & presbyteros fidei rudimēta cor-  
rupte atq; peruersè docuit. Vnde factum est, ut tam Visigo-  
thi in Hispanijs, q̄ Ostrogothi in Italia secundum Arria-  
na dogmata in Christū crediderint, nolentes à primo, quo  
imbuti fuerant, Catechismo in aliam fidei formam conce-  
dere, nisi quod in Hispanijs tandem temporibus S. Grego-  
rii Papæ I. ad fidem Catholicam foeliciter sunt conuersi.  
Eam igitur labem non tam gentis q̄ Valentis malicie atq;  
impietati acceptam referre debemus, quam & Deus ipse  
nō leuiter in illo ultus est, cuius iusto iudicio Valens ille ab  
eadem

ipsa gente quam imple ac maligne in fide Christi seduxerat non solum bello superatus & captus, uerum etiã uiuus (quæ pœna Hereticis debetur) exustus est, licet error in fide, quo semel à principio fuit gens imbuta, nimis tenaciter in cordibus Gothorum hæserit, iuxta illud Horatii, Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. Quare labes ea, quam rex Theodericus mox ab infantia hausit, & uelut ex maternis suxit uberibus, magis infelicitati quàm malignitati eius adscribenda uidetur.

Sed omiſſa hic fidei causa, res gestas prosequamur potius & honestatis exempla, qualia etiam de Ethnicis Principibus ac Regibus, ut de Cyro, de Ageſilao, de Epaminonda, de Augusto, de Traiano, de Alexandro, de Probo et id genus multis libenter legimus, & nobis nostrisque Principibus uelut laudabilia Dei & Nature dona, imitanda proponimus, nihil dubitantes, à Deo esse omnem uirtutem, & omne opus bonum, à quocunq; homine fiat, licet extra fidem Catholicam nulli ad salutem æternam prodesse possit.

Exempla honestatis etiam ab Ethnicis colligenda.

### DE AMICICIA INTER Zenonem & Theodericum. Cap. III.

Defunctis igitur in pace communi Leone Imperatore & Theodemiro Rege, successerunt, in Imperio Zenono, cui filius suus (quem Leo ex filia nepotem, successorẽ dixerat) ultro cessit & manu sua coronam imposuit, In regno Gothorum Theodericus, quem & patris merita et recens de Sarmatis parta uictoria, uniuersis Gothis amabilem reddebant, atq; supra cæteros regni Proceres commendabant. Is ad confirmandam pacem & amiciciam à Zenone uocatus, ea se facilitate Constantinopolim cõtulit, quæ  
Cc Leo inde